



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Epistola XIX. Ad Mariam Lopez, Qvæ Cvm Sanctitatis fama obijt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

EPISTOLA XIX.

AD MARIAM LOPEZ, QUÆ  
CVM SANCTITATIS  
*fama obiit.*

IN QUONAM SUUM IN  
SPIRITV PROPECTVM  
CONSTITVERE DE-  
BEAT.

**D**ominus noster sui amorem  
sanctum, purum, fortem,  
& ad mortem usque constantem,  
tibi largiatur. Ex literis tuis vi-  
deo, quòd hactenus procedas,  
sicut ad majorem tuum profectū  
optabam: quem constituas velim  
tam in agendo summa cum cura,  
ea, quæ Christus Dominus noster  
in Lege sua & Scripturis præcipit;  
quàm in patiendo adversa quæ-  
cunque forti, & conformato cum  
divina voluntate animo, dum-  
modo sine propria culpa eveni-  
ant. Si Parochus sacra Eychari-  
stia



stia sumenda facultatem neget, sicut  
 suffer cum silentio: si intra heb-  
 domadem audiendi Sacrum non  
 sit occasio, a quo animo feras,  
 magno desiderio sacri Ferculi par-  
 ticeps fieri studeas, ac divino Sa-  
 crificio mente intersis. Si idem  
 iusserit, ne loquaris cum suis Pa-  
 tricianis, ei in silentio pare, &  
 quia saepe locuta es cum eius an-  
 cellis, nunc sapius divinitim col-  
 loquium expete, ac precibus Deo  
 commenda salutem hominum,  
 necessitates Ecclesiae, & ut impe-  
 diantur tot scelesti, quae in divi-  
 nam Majestatem committuntur.  
 Hic zelus viscera moveat, hic a-  
 nimum in gemitus, & ardentibus  
 ad DEVM preces compellat, ut  
 divina Bonitas Concionatoribus  
 & Confessarijs, in animarum cura  
 intentis, vires, & gratiam da-  
 re dignetur. Tu verò te intra ter-  
 minos tuos contine; quia concio-  
 nandi



nandi munus tibi DEVS non com-  
misit. Si quis igitur afflictus o-  
pem & consilium petat, præbe, si  
potes: ab ijs autem abstine, qui-  
bus hæctenus assueveras. Nam si  
divinæ sapientiæ aliud placuerit,  
bene noverit res ità disponere,  
ut suum hac in re beneplacitum  
innotescat.

Circa promissam huic vel alteri  
Sacerdoti, præsertim absenti, obe-  
dientiam, non habeo, quod re-  
ponam; nisi quod DEO & Con-  
fessario præsentem obediendum sit,  
& cum eo animæ suæ rationes  
conferendæ. Mane Astorgi, cùm  
non procul habeas virum sanctum  
ac doctum, quem consilij causâ  
frequenter accedas & audias.

P. Prior, qui dixit se multùm  
timere de tuo agendi modo, &  
quòd, si quid dignum in te de-  
prehenderit, te sacro officio sit  
traditurus ad flammam, est, qua-  
lem



lem esse oportet, vir magnæ sapientiæ, ac de salute tua multum sollicitus. Quare dicas ei: Pater, si quid in me deprehenderit, quod divinæ Majestati displicet, mone- re velit; abijciam omne malum, & imperfectum, & ipsamet igne divini amoris comburam. Mihi crede, vera animi submissio, ad- versorum tolerantia, & præstita Ministris DEI obedientia, ea sunt, quæ ut latentius, ita securius salu- tis negotium conficiunt.

Hæc verò desideria, & zelum alios docendi, meritò pro suspen- ditis habe; & sic non eris ulli petra scandali. Si videris aliquem indigere auxilio, dicas ei, qui potest ju- vare: vel DEO illum commenda, ut ipse adjuvet. Si quid verò in te remedij esse arbitraris, quo alterius malo mederi possis, fac id cum sub- missione ac debita mederatione animi, atq; in hoc alterius judicio

te  
ba  
tui  
ma  
bili  
om  
Va

CC

L  
infi  
lava  
om  
tot  
cili  
nia  
in v  
tina



te accommoda. Aliud quod scribam, non habeo, nisi ut in precibus tuis mei sis memor. Hyems hæc malè me tractat, multùmque debilitat: voluntas Domini nostri in omnibus, & per omnia fiat. Amen.  
Vallisoleti 11. Januar. An. 1620.

EPISTOLA XX.

*P. LVISIO HENRIQUEZ.*

CONTRA IMMODERATAS  
CORPORIS AFFLICTIONES,  
ET SUSPECTAS APPA-  
RITIONES.

*Pax Christi.*

**L**Egi bene longas Reverentiæ  
Vestræ, quantumvis debilis &  
infirmus. Ancillæ, cui incumbit  
lavare pannos, mundare ac facere  
omnia, quæ domi sunt necessaria,  
tot & tam rigidæ poenitentia, tot  
cilicia setacea & aculeata, tot jeju-  
nia in pane & aqua, quies nocturna  
in vestibus, trium horarum matu-  
tina oratio, tres in hebdomade, vel  
Jl quatuor